

velatum Sanctæ Catharinæ Senensi, quam didici fide digniorem esse censendam; quippe B. Catharina canonizata est, sicut cæteri Sancti, B. verò Brigittam in numerum Sanctorum fuisse relata[m] tempore Schismatis, quo nullus habebatur certus Pontifex.

3. Hæc doctrina Caietani in nullo suo dicto subsistit: nam Bonifacius IX. legitimus Petri successor Sanctam Brigittam in Sanctorum numerum retulit: nam Petrus Luna, qui contra Bonifacium Avenione insurrexerat Pontifex adulterinus, & dictus fuerat Benedictus Decimus Tertius, depositus fuit à suo fictitio Pontificatu, & illud renuntiavit, ut constat ex Concilio Constantiensi sess. 37. de quo nullus Catholicus potest dubitare, scilicet de Pontificato Bonifacii, de quo D. Anton. 3. p. tit. 22. c. 5. §. Secundo Ambrosius Catharin. Dominic. Opusculo de Concept. lib. 4. in Annotatione contra Caietan. longè post medium. Joannes Pin-da in Monarchia Ecclesiastica, tom. 3. lib. 23. c. 14. §. 3. Platina in vita ipsius Bonifacii, de quo laudat Anton. Corduba lib. 1. quæstione 43. Probatione sexta conclus.

4. Deinde S. Brigitta non solum fuit canonizata à Bonifacio IX. sed etiam à Martino V. ut constat ex suis Bullis, quæ habentur in limine libri prædictarum revelationum. Et tota Ecclesia Catholica B. Brigittam veneratur à Sanctam canonizatam, ut constat ex Martyrol. Romano die 23. Julii: ut ibidem notarent Cardinalis Baron. & Molianus eodem die. Surius tom. 4. & Cæremoniales Roman. lib. 1. sect. 6. cap. 2.

5. Secundum dictum Caietani facile, & graviter refellunt Suar. tom. 2. ad 3. p. disp. 3. sect. 5. Lezana de Concept. cap. 14. §. Ex qua doctrina Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 1. 7. c. 6. Egid. Lusit. Pinto, Ramires, & alii: nam id, quod dicit de revelatione facta B. Catharinæ Senensi: quod Beatissima Virgo fuerit concepta in peccato Originali, falsa, & fictitia est talis revelatio, quia nec Stephanus Carthusiensis, nec Frater Thomas Senensis imò & Sanctus Antonius, qui vitam Sanctæ Catharinæ scripserunt de tali revelatione, ullam faciunt mentionem, & Caietanus floruit post mortem Beatæ Catharinæ, postquam centum quinquaginta annis, & inde non apparet unde Caietanus habuerit documentum talis revelationis & de nonapparentibus, ac non existentibus idem est iudicium, ut est commune axioma, & cum non appareat tale documentum de revelatione Sanctæ Catharinæ, idem est, ac si non extitisset.

6. Et esto ac non concessio, quod aliquod documentum circa revelationem B. Catharinæ daretur; tamen revelatio B. Brigittæ multo majoris est auctoritatis, & ut verior veneranda est quia revelationes hujus Sanctæ mulieris, magno applausu, ac communi Ecclesiæ calculo & sapientum iudicio sunt approbatæ; ut non nisi à torvo spiritu contradici valeant, quia hujusmodi revelationes non semel aut bis, sed iterum, atque iterum valde maturè examinatz sunt. Primum à Concilio Basileensi, à quo Cardinalis Turrecremata cum aliis ad hoc examen est designatus, Deinde Summorum Pontificum Gregorii XI. & Urbani VI. mandato, harum revelationum examen multis

Cardinalibus, Episcopis, virisque doctissimis commissum fuit, & totum approbatum. Tandem post hæc omnia in canonizatione hujus Sanctæ à Bonifacio IX. à Martino V. approbatæ sunt hæc revelationes, ut constat ex Bullis, quæ in limine libri revelationum habentur, & ibidem omnia supra citata refertur Cardinalis Turrecremata, ad initium harum revelationum.

QUESTIO II.

Sancti Joachimus & Anna conveniunt ad conceptionem Virginis Mariæ, non ex carnali concupiscentia, sed ex Dei mandato.

7. Sic in præsentis revelatione alloquitur Sanctissima Deipara cum B. Brigitta. Quando Pater meus & mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quam voluptas, & plus operata est ibi charitas divina, quam voluntas carnis. Cum jam valde vetuli in senili, ac sterili ætate essent SS. Joachimus, & Anna absque liberis; tunc Joachimo apparuit Angelus, & Dei iussu præcipiens congressum cum sua uxore Anna, denotans filiam nascituram nomine Mariam, quæ destinabatur Salvatoris Jesu mater ita etiam iterum revelatum fuit B. Brigittæ, ut habetur lib. 1. Revelat. c. 9. ubi dicitur, quod Parentes Deiparæ ex verbo Angeli nuntiantis convenerunt carne, non ex concupiscentia aliqua voluntatis. Idem tradunt German. Fulgibei. Hieron. D. Hieron. Joachimus & Anna, tanquam spirituales montes dulcedinem distillarunt. Dicitur in Psalmo Deipara 88. n. 5. Fundamenta ejus in montibus Sanctis, nempe in his montibus distillantibus dulcedinem Mariæ.

8. Divino, & supremo consilio factum est, ut Joachimus & Anna jam in effecta senectute Sanctissimam Virginem generarent felicissimè, quo purissimam Dei matrem mundus efformarent, quod Sanctus Petrus Chrysologus his verbis elegantissimè edisserit. Partus non ablatu[m] est, sed dilatus, donec transiret tempus carnis, passio corporis, voluptatis causa, cupiditatis sensus, & totum quod humanam condidit gravat, & onerat conscientiam; scilicet non libidinis est, quod Maria concipiatur, sed altissimæ providentiæ, quæ Mariæ puritati advigilat, ut ejus conceptio è sterili vulva, & exhausta senectæ, opus sit potius gratiæ, quam naturæ, sitque citius devotionis negotium, orationisque officium, quàm cupiditatis sensus. Idem docent D. Damascenus Orat. 1. de natiuitate Virginis D. Hieron. citatus, D. Arnoldus Carnotensis de laudibus Mariæ Virg. Hoc postulabat eximia puritas Mariæ, ut non ex concupiscentia carnis, sed ex gratiæ privilegio nasceretur. Ipsa enim multo melior est Eva, quæ ex Adami costa dormientis ac in contemplationem elevari, fuit procreata, ergo etiam conveniens erat, ut Maria pro

Concil. Basileensi. Gregor. Liban.

progigneretur à Parentibus in oratione, contemplatione, & devotione totis intentis.

9. Cantor. 3. n. 16. dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatis, myrrha, & thuris. Virgula hæc Sanctissima est Virgo Maria, quæ fumo gratiarum odorifero totum replevit orbem, sed una exurgit, ac ascendit, non à parentibus, sed à myrrha, ac thure exurgit, ac ascendit. Quid habent myrrha, ac thus in se ad tam sublimem generationem, ac ascensionem? Myrrha significat continentiam, seu ut multis placet, obedientiam, quæ compungit, ac coarctat carnem; thus verò orationis devotionem indicat. Ascendit ergo B. Virgo in sua Conceptione, non à cupiditate carnis, & sanguinis sed ab effectu obedientiæ, continentiæ, ac orationis, quia in ea nihil ex appetitu carnis, sed totum ex ecclesti influxu dabatur, Petr. Damian. serm. de Assump. adducens præfata Cantic. verba sic ait: In myrrha continentiam, in thure devotionem intellige. Hæc duo sunt, quæ virginalem substantiam totam circumdederunt virtute, continentia scilicet, & contemplatione. Intellige alterum carnem, alterum mentem. ita possidet, ut caro mundissima, mens purissima Genitricem Domini singulariter consecrarent. Ascendit Virgo ex aromatis myrrha, & thuris, ut tota spiritu absque carne, & sanguine esset Deo consecrata, & de his multa in toto hoc tractatu.

10. Leo Aug. In laudem horum Parentum Sanctiss. Virg. Mariæ duo adnotabo, unum, quod scribit Leo Augustus Orat. 2. in Sanct. Mariæ Presentat. & ait: Ejusmodi aliquid molitur, benignus ille, ac clemens Deus, videtur quæ puellam dare Joachimo ac Anna: & accepit genus ipsum humanum, ut non desit, quod Deo volenti à nobis accipere, demus munus. In Conceptione hujus Sanctissimæ puellæ, inter cætera quid Gloriosissimus, Benignus, ac Clementissimus Deus molitur. Et quodnam est hujus divinæ liberalitatis arbitrium? scilicet ut videatur puella Deipara concepta, & nata parentibus data, Et accepit genus ipsum humanum, ut non desit, quod Deo volenti à nobis accipere, demus munus. Deus jam incepta fastidire antiquæ legis munera, Holocaustis non delectaberis, Pl. 50. n. 18. Pauperissimo mundo, & inopi rerum naturæ, felici conceptu Deus Deiparam puellam donat, ut jam mundus aliquid Deo dignum, & maxime Deo placens, ipsi datori Deo redoner, quod totum mundus à parentibus Joachimo, & Anna accepit; unde cum sic loquitur citatus Leo Augustus: At à vos, qui manus hoc locupletissimum ad nos devotissimis, qui & ea gratia, quam primi accepistis, dististisque universis locupletiores facti estis. O beatum ararium, ex quo illud prodit. Expende illud universis locupletiores facti estis. Cum nobis Sacratissimam Deiparam dedistis, quæ de se ait Prov. 8. v. 18. Mecum sunt divitiæ, & gloria, opes superba; seu ut alii legant, A me sunt divitiæ, & gloria, quæ omnia emanant ab illa.

11. Secundò Joachimus & Anna patres sunt Deiparæ Mariæ, ac avi D. Jesu Christi; unde Joachimus, & Anna nomine Mariæ, ac Christi valent insigniri, nobilitari ut dixi. Abimelech Gerarorum Rex ait ad Abraham, Deus tecum est in universis, quæ agis. Jura ergo mihi per Deum, ne noceras mihi, & posteris mei, sicutque meo. Gen. 21. n. 23. Chald. legit, Syveira Opuscula.

Genet. 11. Chaldeus.

Ne noceras mihi, & filio meo, & filio filii mei. Septuag. itaq. scribunt. Ne noceras nomini meo. Ecce filius, & nepos dicitur nomine patris ac avi, Ecce quodammodo Deiparæ, & Christus Joachimi, & Annæ nomen, ecce quam augustum nomen à filia, ac nepote fecerant. Uterque Christi Avus, inde quodammodo alteruter Christi Avus Jesus, id est salus dicitur, & uterque propemodum Christus nominatur juxta Septuaginta, Ne noceras filio filii mei, id est, ne noceras nomini meo. Ecce quomodo filiorum, ac nepotum claritas in parentes, & Avos reverberat quod dicit Chrysol. serm. 6. Honor genitri, genitoris honor est: perfectio genitri, generantis forma est.

QUESTIO III.

Dum corpus Beatissima Virginis Mariæ in utero Sanctæ Annæ efformatur Angeli præstant illi obsequiam.

12. Angeli per totum vitæ decursum Sanctiss. Virgini obsequium ministrant, quod etiam in sua Conceptione non defuisse credo, imò ab ipsa pura Conceptione suum famulatum incepisse dicam; ut affirmat Arnoldus Carnotensis lib. de laudibus Virginis, dicens: Obsequium Angelorum parat fuisse ab ejus Conceptione. Angeli ex visceribus S. Annæ puriorum, & magis de feccatum sanguinem coagulaverunt, & ex quatuor elementis meliorem ac excellentiorem portionem adduxerunt, aptioresque cælestes influentias convocarunt, ut aptissimè, ac proportionatissimè corpus Deiparæ in sua Conceptione organizaretur, ac efformaretur: nam ut ait citatus Arnoldus. Nullum gratia privilegium negatum est matri, scilicet Dei, ergo ab hoc privilegio non est defraudata, cum aliis fuerit concessum.

13. Ad hanc cogitationem me adducit Angelicus Doctor, part. 1. qu. 2. dum docet, tanquam valde probabile, quod in creatione Adami Angeli supremæ Dei majestati infervierunt pulverem, ac lutum sanctissimis ejus manibus ministrantes ad illius corporis formationem sic ait Sanctus Doctor: Potuit fieri, ut aliquod ministerium informatione corporis primi hominis Angeli exhiberent.

14. Venerunt tres Angeli ad Abraham Genes. 18. n. 2. & ramen solum duo ad Sodomam transierunt, Genes. 19. n. 1. Unde colligunt Abulensis, Lyranus, & alii communiter, quod tertius Angelus mansit cum Abrahamo, profecti sunt in Sodomam, inde Hebræi addunt, quod mansit iste Angelus ad fovenda, ac adjuvanda viscera sterili Saræ, ad concipiendum filium Isaac quem illi promiserat, ac proinde usque ad conceptum Angelus ibi invisibiliter perseveravit, ergo multo à fortiori Angeli obsequium exhibuerunt ad efformandum Virginis corpus.

15. Ait Regius Vates de manna cadente de celo Psalm. 77. n. 25. Panem Angelorum manducavit homo. Hoc est juxta communem sententiam teste nostro Incognito, panem Angelorum manibus confectum, ac compositum, & ad hoc forte respexit D. Ambragensis de Sanctissima Deipara serm. 3. in Psal. 21. dicens: Mariam Manna dixerim veluti oculis visentem.

Genet. 11. Chaldeus.

Virgo Maria velut manna de celo.

Mariam appellat manna, tanquam e manibus Angelorum e celo venientem, frabricatum, ac compositum.

16.

Tanquam strenui, ac vigilantes milites asiterunt Angeli in organizatione hujus Divini Corpusculi Deiparae, ne diabolus haberet ingressum ad illud in infusione Animae aliqua peccati macula inficiendum. Hanc cogitationem firmat D. Anselmus lib. de excellent. Virg. & ait. Nec dubium sanctissimum corpus, & sanctissimam animam: Bene sciebat sanctus Pater, quod tantum Anima sit peccati subiectum, tamen ita loquitur, ut innuat se agere de illo instanti, in quo anima infunditur corpori, inde de copore facit mentionem addens funditus, quod verbum importat exclusionem totius peccati in omni tempore, cujus defensionem explicat. Angelorum custodia fuisse protecliam, qui tanquam optimi Clientes advolant ad defensionem suae supremae Reginae.

D. Anselm. Angeli ad volarunt ad custodiendam Virginitatem ab omni peccato.

QUESTIO IV.

Hora, in qua concepta fuit sanctissima Virgo Maria recte dicitur hora aurea, & pretiosa.

17.

Sic in praecipua revelatione loquitur sanctissima virgo cum sua serva B. Brigitta, Hora, in qua ego concepta fui, bene potest vocari aurea hora, & pretiosa & statim: Bene ergo aurea hora fuit Conceptio mea, nam tunc incipit lux omnium, & tenebrae quasi festinabant ad lucem. Valde pretiosa, & supremae aslimationis exitit hac hora aurea, & in hoc sensu dicuntur murecula aurea sponsae Cantic. 1. n. 10. Exitit hora aurea omnium gratiarum, ac indulgentiarum. Aurea virgo. Assueri. Esther. 1. 7. num. 15. Hora aurea, utpote fulgens splendore omnium virtutum. Lamina aurea in capite sacerdotis. Exod. 28. num. 36. Hora aurea ad custodiendam omnem iustitiam, & sanctitatem, Zona aurea ad mamillas Apocal. 1. num. 13. Hora aurea ad defensionem totius Orbis, Reclinatorium aureum. Cantic. 3. num. 10. Hora aurea ostendens viam in caelum. Platea civitatis aurum mundum. Apocal. 21. num. 21.

Brigit. 2.

Cantic.

Ester. 15.

Exod. 28.

Apocal. 1.

Cantic. 3.

Apocal. 21.

18.

Recte de hac die Conceptionis Virginis dicam, id quod Petrus Blesensis dixit epistola 14. ubi Mariam vocat Imperialem diem tanquam splendoris primatum tenentem & reliquorum principatum. Unde perbelle Angelus del Paz lib. 2. in Luc. cap. 28. de die Concept. sic loquitur. Quae ante festivitatem, huic praeponenda est, ex qua, & per quam omnium aliarum festivitatum est exorta devotio. Hac dies est principium, ac Origo omnium solemnitatum nostrae fidei, ergo nulla dies illi praeponenda, nec adaequanda. Explicans scriptor Canonicus, primam totius Orbis fabricam & fulgentissimae lucis productionem enarrans, subdit Factum est vespere & mane dies unus. Gen. 1. n. 5. Ex quo insurgit difficultas cur hic dies dicitur unus, & non potius primus, ut jam alibi notavi, consequens dies

Angelus de Paz. Festivitas conceptionis omnium supremam.

Gen. 1.

dicatur secundus, ut clarè patet ex Tex. ibidem num. 8. Factum est vespere, & mane dies secundus, Ergo antecedens dies primus erat dicens, nam secundus supponit primum, cur ergo ille non dicitur primus, sed unus, f. unicuique; rationem praclare nobis dat D. Ambros. lib. 2. Hexamer. cap. 1. & ait: Excipiendus à ceteris tanquam dies unus, non conferendus cum ceteris, tanquam dies primus: unde fundamenta rerum omnium posita, & causa esse experunt, quibus mundi huius, aique universa visibilis creatura fulta substantia est. Dies, in quo totius Orbis machina exorditur, non vocandus primus, etsi revera primus sit, sed unus, seu unicuique non enim computandus est cum aliis; cum sic ceteris excellentior, ut hanc ergo ejus excellentiam scriptor declaree tanquam à ceteris separans; non primum dicit, quia tunc cum ceteris secundo, & tertio erat annumerandus, sed unum, seu unicuique, & singularem appellat, ad majorem ejus nobilitatem indicandam, à quo caetera omnia habuerunt principium; ex quo liquet, quam solemnissima sit ista aurea dies conceptionis Virg. Mariae, ab illa enim tanquam à radice, ac fundamento emanarunt omnes festivitates, ac solemnitates omnium mysteriorum nostrae fidei.

Gen. 1.

D. Ambros.

19.

Hac aurea dies Conceptionis Virginis valde festiva exitit, Angelis ubi primum ipsa concepta est ait D. Vincentius Ferreira sermon. de nativitate, Statim Angeli in caelo fecerunt festum Conceptionis. Et Angelus in sermone, quem habuit cum B. Brigitta cap. 4. loquens cum sanctissima Deipara sic ait: Et tu o Virgo sanctissima, Angelis ut creati fuerunt, gaudium fuisse. Angeli in illo instanti, in quo fuerunt viatores, fidem Christi habuerunt, eumque ut suum glorificatorem adorantes agnoverunt; sicque de ipsa sua sanctissima Matre notitiam habuerunt, eamque ut eorum Reginam venerati sunt gaudentes de tanto sanctitatis splendore; si cum tunc ante saecula eam objectivè agnoscentes, ita laetitia exultarunt Angeli, quale esset eorum gaudium, cum eam jam actualiter viderent conceptam, ac efformatam in utero Matris. Ait Christus D. Luc. 15. num. 10. Dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Quando magis in hac die gaudium fuisset sanctis Angelis Dei, cum illa concipiebatur, per quam peccatores ad penitentiam vocabantur, & per quam salus omnibus aperiebatur.

D. Vincent. Hac dies festiva Angelorum.

B. Brigitta.

Luc. 15.

20.

Valde festiva exitit hic dies Conceptionis ipsi Deo, ait Paulus 2. Corinth. 8. num. 9. Scitis gratiam Domini nostri IESU CHRISTI, Quae verba explicavit ibi D. Thomas Lect. 2. Scitis gratiam, quam quidem humano generi contulit. D. Thom. Et in rem nostram Lectio Graeca sic habet: Scitis festivitatem Domini nostri IESU CHRISTI, Graecus. Festivitas Domini nostri IESU, ut gratiam conferret humano generi. Praecipiebat Deus certa dona preparari, quae offeratis in diebus festis meis. Numer. 18. ut legit Origenes homil. 23. numer. 1. Habet ergo Deus dies festos suos. Est enim humana salus dies festus. Dies festus hac Conceptionis valde festiva Deo, dum Maria praeservatur à peccato; dumque Maria concipitur, per quam salutis gratia diffundenda

Numer. 18. Origenes. Dies festus Dei sanctificationis nostrae.

Luc. 1.

Richard.

21.

Cantic. 5.

D. Ambros.

Richard.

Rupertus

Maria virgo gratiarum dispensatrix.

denda erat in omnes. Ingressus Angelus ad virginem Mariam ait: Ave gratia plena. Loc. 1. n. 28. quia ex plenitudine ejus superabundanti nos omnes accipimus. Richard. lib. 1. de laudibus Virg. cap. 4. Bene ergo dicta est gratia plena, & intantum plena, ut ex tuo redundante totus hauriat mundus.

Ad fores divinae sponsae pulsar divinus sponsus Christus D. dicens, Aperi mibi soror mea, amica mea, columba mea immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Cantic. 5. num. 2. Instanter pulsar ostium divinus sponsus ut eis sponsa aperiat, & quamnam rationem ad hoc interponit! An ut ejus praesentia gaudeat, ejus colloquiis fruatur, & cum ipsa habitibus commoretur; minime, sed tantum hoc proponit, quid caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. D. Ambros. lib. 3. de Virg. Richardus, Rupertus per rorem, & guttas intelligunt divina dona, ac caelestes gratias; inde divinus sponsus postulat, & instat, ad ostium sanctissimae Virg. Mariae, ut aperiat, ut illam gratiarum, ac donorum affluentiam, tanquam eorum dispensatrix per universum genus humanum dividat, ac distribuat, ut ait D. Anselmus, Totum nos Deus voluit habere per manus Mariae.

clesia per Mariam Virginem, seu ad ejus similitudinem est composita, ac efformata, D. Ildephonsus serm. 2. de Nativitate Virg. Ad vicem Matris ejus, ait, mater nostra Ecclesia construitur. Albertus Mag. super Milos est, ait: Supremus artifex per matrem suam, Ecclesiam matrem nostram fabricavit. Et Petrus Damianus, homil. de S. Ioan. ait. De Maria produsse videtur Ecclesia. Nam sanctissima Deipara juxta communioem sententiam Theologorum, in quodam signo priori simul cum Christo fuit praedestinata, ante aliorum electorum praedestinationem; ex quibus Ecclesia constituitur. Tunc supremus artifex ad similitudinem, & exemplar suae matris Mariae Ecclesiam composuit, & effigavit; atqui de Epes. 5. Ecclesia ait D. Paulus ad Ephes. 5. nu. 37. loquens de Christo D. cum Ecclesiam efformaret; Semetipsum tradidit pro ea, ut sibi exhiberet ipse Ecclesiam gloriosam non habentem maculam, neque rugam sed ut sit sancta, & immaculata. Ut Ecclesia corresponderet suo exemplari, si Ecclesia non habet maculam, nec rugam, nec etiam sanctissima Deipara; etsi Deipara habet maculam, etiam Ecclesia illa inficitur; hoc secundum negat Apostolus, ergo & primum negandum est: si ergo ex sponso Christo colligitur, quod Ecclesia sit immaculata, idem colligendum est de filio Jesu, per respectum ad matrem; nam ex ipso divino sponso tota puritas defumitur. D. Thom. Thom. ad Ephes. Indecens erat, ut immaculatus sponsus sponfam duceret maculatam, & ideo exhibet eam sibi immaculatam per gratiam.

D. Idelph.

Albertus.

Damianus.

Cum Ecclesia sit sine macula, sic & Maria.

D. Thom.

24.

D. Bernard.

Rupert.

Ecclesia.

Columba mea, immaculata mea. Cantic. 5. num. 2. Purum, & immaculatum juxta D. Thomam 2. 2. quast. 106. intelligitur per recessum à contrario, seu macula, explicans praedicta verba Ansbertus Abbas ad Cantinc. 4. Pulchra es amica mea, & macula non est in te, nec vicissitudinis obumbratio. Expende verba Magni Abbatris, quod virgo Maria ita sit immaculata, ut nulla sit in ea vicissitudinis obumbratio. Ut Apostolus Iacobus explicet summum Dei splendorem ait cap. 1. num. 27. Descendens à Patre luminis apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quibus verbis, ut ibi advertunt expostores, denotatur discrimen inter nostrum solem terrenum, qui est fons nostri luminis; ac Deum Patrem luminum; nam ille terrenus mutationis subdit vices, & nunc splendet, & nunc obscuratur terrae, aut lunae oppositus; unde nocturnae umbræ, ac diurnae eclipses existunt & semper suo cursu aliquando illucescit, aliquando tenebrescit; At Aeternus Pater luminum semper supremo splendore fulget, ut in eo nulla sit transmutatio ad tenebras, nec vicissitudinis obumbratio, aut ab terrenae labis objectu, aut de alicujus caliginis eclipsis; sic de sanctiss. Deipara ait Ansbertus, quod macula non est in te, nec vicissitudinis obumbratio; tanto divini spiritus splendore fulget, ut alicujus alternae humanitatis obumbrationis nullam senserit injuriam, tantoque plenae pulchritudinis

QUESTIO V.

Summam puritatem Virg. Mariae in sua Immaculata conceptione apertissime nobis divinus spiritus declarat in scriptura multis in locis.

22.

Ad hoc tantum mysterium, quod incipimus explicare, ipsa sanctissima virgo nobis docatim praebeat, & viam ostendat. Mittens Christus D. suos Apostolos ad praedicandum per totum orbem, Praecipit eis, ne quid portarent in via nisi virgam. Marc. 6. n. 8. & quenam est haec virga, quae tantum portari mandatur? est illa, de qua loquitur Isaia 11. num. 1. Egredietur virga de radice Jesse. Quae à Doctribus semper portanda est ad veram sapientiae illuminationem. Richardus de sancto Laurent. lib. 12. de laudibus Virg. sic ait: Maria est via praedicationis, ac doctrina, quae sola datur praedicatoribus, ac Doctribus ad portandam in via: qui enim habere posset hanc virgam comitem non desset ei gratia, non doctrina, vel aliquid necessarium. Adde nobis haec divina virga ad dirigendum in praesenti.

Marc. 6.

Isai. 11.

Mariae doctrinam praebet Doctribus. Richardus.

23.

Cantic. 4.

Miora.

De sanctissima Virgine Maria, ait divinus sponsus Cantic. 4. num. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Illa vocula tota propositio universalis est, & dicit omnimodam gratiae pulchritudinem, & omnem sciditatem peccati excludit Doctribus Idiotae. De Beata Maria cap. 2. sic scribit: Tota pulchra es virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto: & macula peccati sine mortalis, sine venialis, sine originalis; non est in te, nec unquam fuit, nec erit. Ergo Deipara totaliter pulchra, & nulla ex parte maculata est. Ec-

In Dei para nulla fuit vicissitudinis obumbratio.